Salzburg (?), Ende 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Et incipiens a moyse et omnibus prophetis interpretabat illis in omnibus scripturis que de ipso erat. Et appropinquauerunt castello quo ibat. Et ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum dicentes. Mane nobiscum quia ad uespera est. et inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum est dum recumberet cum illis accepit panem et benedixit ac fregit. et porrigebat illis. Et tunc aperti sunt oculi eorum. et cognouerunt eum. Et ipse euanuit ex oculis eorum. Et dixerunt ad inuicem. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de ihu. dum loqueretur nobis in uia et aperiret nobis scripturas. Et surgentes eadem hora regressi sunt in iherusalem et inuenerunt congregatos undecim et eos qui cum ipsis erant dicentes. quia surrexit dominus uere et apparuit simoni. Et ipsi narrabant que gesta erant in uia. Et quomodo cognouerunt eum in fractione panis. offertorium. Angelus domini descendit de celo et dixit mulieribus que gaudens surrexit sicut dixit alleluia. Secreta. et oplin uts in secreta nocte. Pfacio uts. Inf canone uts. indie. Communio. Surrexit dominus uere et apparuit petro alleluia. Nota si libra hac ch dom. paschale dedicatio altaris uel ecclie acciderit

cantet Kalendarium. prout. Ad iniuncta coll. de dedicatione uel sb una

Accommodatione. Feria tertia.

Quia sapiente potauit eos aqua tribulationis et non flentes alleluia et exaltabit eos in eternum alleluia alleluia. Ps. Confitemini domino quoniam bonum quoniam in sdm misericordia eius. Oratio.

Deus qui ecclesiam tuam nouo semper fetu multiplicas concede famulis tuis ut sacramentum diuinum tuae aut qd fide perceperunt. P. Lectio

Nouitiis illis. actuum apl. Surgens paulus et manu silentium indicens ait. Viri fratres filii generis abrahe et qui in nobis timetis deum. nobis hui salutis huius missum est. Qui enim habitabant in iherusalem et principes eius ignorantes ihm et uoces prophetarum que per omne sabbatum legunt iudicantes impleuerunt. Et nullam causam mortis inuenientes in eo. petierunt a pylato ut interficerent eum. Cumque consumasset omnia q de eo scripta erant deponentes eum de ligno posuerunt in monumento. Deus uero suscitauit eum a mortuis. qui uisus est per dies multos his qui simul ascenderant cum eo de galylea in iherusalem. q usque nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos uobis annunciamus